Octavò. Simili prorſus modo compones reliquas tres ſtrophas. Poſſunt autem reliquæ tres componi vel ex reliquis tribus Muſarithmis ſuprà poſitis pro ſtropha I. II. & III. vel etiam ex uno eodemque primo Muſarithmo diverſis Tonis applicato, dummodo Tonus ultimæ ſtrophæ idem ſit cum Tono primæ ſtrophæ, juxta dicta §. 5. Capitis præcedentis Regulâ IV.

CAPUT XII.

De Melopœia ſeu Compoſitione practica Contrapuncti ſimplicis, per Baculos melotheticos.

Melopœia per Baculos melotheticos.

SUprà poſt Caput primum hujus Libri, in Claſſe quinta Tabellarum, dedimus ex Auctore Organi ſex Baculos groſſiores, quorum unum vocavimus *Baculum Baſſorum*, ſecundum *Baculum Applica-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG